

*Ecce virgo concipiet.*

Léctio libri Isaíæ prophétæ

7, 10-14; 8, 10

In diébus illis:

<sup>10</sup> **L**ocútus est Dóminus ad Achaz dicens:

<sup>11</sup> «Pete tibi signum a Dómino Deo tuo  
in profúndum inférni sive in excélsum supra».

<sup>12</sup> Et dixit Achaz:

«Non petam et non tentábo Dóminum».

<sup>13</sup> Et dixit:

«Audíte ergo, domus David;  
numquid parum vobis est moléstos esse homínibus,  
quia molésti estis et Deo meo?

<sup>14</sup> Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum.

Ecce, virgo concípiet et páriet fílium  
et vocábit nomen eius Emmánuel

<sup>8,10</sup> quia Nobíscum-Deus».

Verbum Dómini.